

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Antonii Bynaei de Calceis Hebraeorum Libri Duo**

**Bynaeus, Anthony**

**Dordraci, 1682**

Sarepta unde dicta?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-12835**

## 84 De CALCEIS HEBRÆOR.

ad Phænnesia & Proconnesia metalli  
damnabantur. Sane non inepte in  
de concludi potest, nullas in Li-  
bano fuisse æris fodinas, cum haud  
quaquam fuisset opus, ut illi, qui  
ad montis Libani radices erant, ad  
Phennesia vel Proconnesia metalli  
damnarentur, si quæ fuissent in  
ipso Libano metalli venæ, nisi  
quis respondeat eas illo tempore  
jam defecisse. Quod *Sareptam* addit  
*Masius nomen à Metalli officinis ha-  
bere* pariter incertum est, & si va  
maximè à metallis diceretur, inde  
confici tamen non posset hæc eo  
in loco nasci, cum aliunde potue-  
rint advehiri & *Sareptæ* conflari.  
Atque hoc præclarè etiam respon-  
dit maximus Bochartus: *Fam quod  
superest Sareptam à conflando nomen  
habere, non est ullius momenti.* Ne-  
que enim necesse est ab æris conflatura  
dictam *Sareptam*, cum æque potuerit  
à conflando vitro sic appellari, quam  
artem in iis locis natam esse nemon-  
scit. Et æs *Sareptæ* conflatum si  
quod fuit, tam potuit Temesæum tñ  
ex Cypro quam Libanense.

IX. Magnus nostri seculi The-  
ologus Johannes Coccejus, post-  
quam

Bochart.  
loc. cit.

Cœcc. in  
ulti Mosis.

quam notasset addici ipsi firmitudinem portarum & obicum, ut non possint ulla vi perrumpi & refringi, quem sensum hujus loci superius refutavimus, alios addit calceamentum interpretari & referre ad verba quae in eodem libro leguntur: *Calceus tuus* Deut. 29. § vetustate non fuit corruptus. At posse videri calceamentum ferro suppactum significare superationem difficultatum, ut qui in spinis & scrupis & muricibus ambulat. Scil. vir magnus hoc de calceamento ferro suppacto sumit, quem significare putat superationem difficultatum. Eadem Cocc. in fere habet in Lexico Hebraico: *Sensus*, inquit, *dabo tibi ambulare* Lex. Hebr. ad vocem *לִפְנֵי*. in securitate, ut pedibus tuis nulla noxa accidat, quasi ferro & ære calceatus esses.

X. Ab hac viri magni expositione cogimur etiam dissentire. Nihil dicimus de ea interpretum sententia, qui referunt ad illud quod in Deuteronomio legitur, de calceis qui vetustate non fuerunt consumpti: Id enim prorsus huc non facit. At quod vir magnus de calceamento ferro suppacto interpretatur, merito dubitamus an